

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 166. Archiepiscopi Rhemensis ad Synodum relatio de Papæ consiliis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

tas habuit, cum earum quædam duriores sæcul. XV.  
 essent, nonnisi ad irritandos animos in- A.C. 1415.  
 structæ. Ceterum Oecumenici Concilii  
 auctoritatem, prout Gersonius proposue-  
 rat, Pontifice superiorem esse, omni stu-  
 dio comprobare nitebatur. Displicuere  
 Pontifici ejusmodi asserta, de quibus id-  
 circo apud Legatos Franciæ, eum nomi-  
 ne Concilii invisentes, graviter conque-  
 stus est. Idem omnibus Curiæ suæ Mi-  
 nistris, ut infra sex dies Scaphusiam ve-  
 nirent, scripto imperat; Epistolam quo-  
 que apologeticam ad Aureliæ Ducem,  
 & Parisiensem Academiam mittit, qua  
 Imperatorem & Synodum apud Gallos in  
 invidiam adducere tentat. Scribit et-  
 iam in eandem sententiam ad Galliarum,  
 & Poloniæ Reges, aliosque complures  
 Principes. Nonnullæ ex hisce literis ad  
 ipsos Concilii Patres remittebantur, un-  
 de conjicere primum est, eas in Princi-  
 pum animis exigui admodum ponderis  
 fuisse.

### §. CLXVI.

#### *Archiepiscopi Rhemensis ad Synodum relatio de Papæ consiliis.*

Biduo post Rhemensis Archiepiscopus, Niem. tom. 3  
 qui cum ceteris ad Papam decerne- p. 398.  
 batur, e legatione sua reversus est. Ad  
 ejus relationem excipiendam Generalis

F f 4                   indi-

Sæcul. XV. indicitur Congregatio, in qua Archiepis-  
 A.C. 1415 copus Imperatori, Cardinalibus, & Gal-  
 lize Legatis Epistolas Joannis Papæ of-  
 fert, ejusque nomine oretenus proponit,  
 Joannem unice salubrioris auræ gratia  
 Constantiam deseruisse, nec se de injuriis  
 forte in hac urbe acceptis conqueri, mi-  
 nus vero ideo recessisse, ac si Imperato-  
 ris, eorumque, qui illi faverent, aucto-  
 tas ei suspecta fuisset, imo se ardenter o-  
 ptare, ut cum Cæsare Niciam proficisci,  
 ac juncto consilio atque opera Ecclesie  
 paci providere posset. In Epistola autem  
 ad Cardinales directa speciatim tres ex  
 eorum ordine, ac ex qualibet Natione u-  
 num Prælatum denominat, quos tan-  
 quam Procuratores constituit, ut ejus no-  
 mine Papatum abdicarent; hac tamen  
 conditione adjecta, si pariter ceteri duo  
 contendentes cedant. Hujus mandati  
 syngrapham brevi & meliori, qua poterit,  
 forma se expediturum promittit, jubet-  
 que, exponerent Imperatori ceterisque o-  
 mnibus, quibus expedire visum fuerit,  
 sincera animi sui consilia. Absoluta Ar-  
 chiepiscopi Rhemensis relatione Sessio  
 publica ad posteram diem vigesimam sex-  
 tam Martii indicta est.

§. CLXVII.